

MONARCHIA PRIMA sive ASSYRIORVM.	Anni Mundi.	RES ILLUSTRIVM GENTIVM, earum maxime, quæ ad Monar- chiam adspirauere, aut iis se opposuere.	Anni Mundi.	RESPUBLICA IVDÆORVM sive RES SACRÆ.
SARDANAPALVS, Rex Assyriorû, incipit regnare, adeo ob ignauiam despectus & exosus, vt a duobus præfectis aut satrapis, <i>Arbace</i> Mediæ, <i>Beleso</i> aut <i>PhulBelocho</i> Babyloniz, vita & imperio exueretur, hique inter se Imperium Assyriorum partirentur.	3126.			git sibi ac successoribus. Hinc regnum Israëlis frequenter dicitur <i>regnum Samaria</i> .
<i>Medorum</i> , sub quibus & <i>Persæ</i> , Rex factus est <i>Arbaces</i> ;	3148.			
<i>Babyloniorum</i> autem <i>Belesus</i> . <i>Babyloniorum</i> regnum, <i>Assyriorum</i> dein vocant sacra litera. Itaque horum Reges inter Assyrios monarchas deinceps numerabimus. BELESVS sive <i>PhulBelochus</i> Rex Assyriorum bellum infert <i>Menabemo</i> Regi Israëlis. Sed cum hic ingentem pecuniæ vim penderet, & se tributarium faceret Assyriis, sedatum est bellum.	3159.	Incipit regnum <i>Macedonicum</i> sub <i>Carano</i> Rege. In eo numerantur Reges XXII vsque ad <i>Philippum</i> , patrem Magni <i>Alexandri</i> . Circa hæc tempora <i>Corinthii</i> <i>Automenem</i> Regem expellunt, & eligi cœperunt <i>annui Reges</i> , quos illi <i>Prytanes</i> vocabant.		
<i>PhylAssvr</i> regnat rex Assyriorum.	3190.	Circa hæc tempora <i>Ephori</i> apud <i>Lacedemonios</i> sunt instituti.		
<i>Salmanassar</i> , aliis <i>Nabonassar</i> , regnat, & finem facit regno Israëlis, sive <i>Samariæ</i> , captiuis in Assyriam abductis decem tribubus, & ad inhabitandam <i>Samariam</i> coloniis Assyriorum submissis.	3196.	Initium hoc est <i>Olympiadum</i> , quibus temporarum a se gestarum certius deinceps designant <i>Græci</i> .		
<i>PhylAssvr</i> regnat rex Assyriorum.	3197.			
<i>Salmanassar</i> , aliis <i>Nabonassar</i> , regnat, & finem facit regno Israëlis, sive <i>Samariæ</i> , captiuis in Assyriam abductis decem tribubus, & ad inhabitandam <i>Samariam</i> coloniis Assyriorum submissis.	3220.	Roma conditur a <i>Romulo</i> . Hanc a principio Reges habuere. Eodem fere tempore <i>Archontes Atheniensium</i> , hætenus perpetui, decennio exacto, imperium deponere iubentur.	3220.	Regnum <i>Israëliticum</i> , sive <i>Samariæ</i> , ab Assyriis funditus evertitur, X tribubus abductis, nunquam redituris.
<i>Senacherib</i> , aliis <i>Sanberib</i> , regnat. Hic <i>Hierosolymam</i> , sed frustra & infeliciter, obsidet, regnante in <i>Iuda</i> <i>Hiskia</i> Rege.	3229.	Bellum grauissimum <i>Messenium</i> inter <i>Messenios</i> & <i>Lacedemonios</i> geritur, populos <i>Peloponnesi</i> , ob <i>Lacedæmoniorum</i> virgines a <i>Messeniiis</i> raptas & violatas.		
<i>Assarhaddon</i> regnat, & ab eo <i>Merodachus</i> <i>Babyloniæ</i> præfectus deficit, eum vincit, Assyriorû regnum inuadit, & destructa <i>Niniue</i> , <i>Babylonem</i> in <i>Chaldæa</i> transfert regni sedem.	3235.	In tempora belli <i>Messeniaci</i> primi incidit exordium <i>Synecusarum</i> , conditore <i>Archyta Corinthio</i> .		
	3242.			